

lens aut exemplū eis dare etiam humilitatis et officij. statutis diebus ante vindemiā lustrabat cellulas monachorum. Quod postquam cognitum est a fratribus: omnes prius ad eum confluebant. et comitati tali duce circuibant monasteria: habentes viaticū suum. quod interdum usque ad duo milia hominum congregabant. Sed et precedente tempore: vnaquaque villa vicinis monachis ad susceptiones sanctorum gaudens cibos offerebat. Sane quantum fuerit in eo studij: nullum fratrem quous humilem quous pauperem: preterire illud indicio est. quod vadens in desertum cades: ad vnum ex discipulis suis visendus cum infinito agmine monachorum puenit belusā: eo forte die quo anniuersaria solennitas omnē oppidi populum in templū veneris cōgregauerat. Volunt autem illam ob luciferum: cuius cultui saracenorum natio dedita est. sed et ipsum oppidum ex magna parte semibarbarū esse propter loci situm dicit. Audito quod sanctus hylarion preteriret. multos enim saracenorum arreptos demone frequēter curauerat. gregatim eum cum vxoribus et liberis obuiam processerunt. submittentibus colla: et voce syra barech. i. benedic inclamantes. Quos ille blande humiliterque suscipiens: obsecrabat ut deum magis quam lapides colerent. simulque vbertim flebat celum spectans. et se pollicens: si christo crederent: ad eos crebro venturū. Mira domi gratia prius eum abire passi sunt: quam future ecclesie limites mitteret. et sacerdos eorum: ut erat coronatus christi signo tenotaret. Alio quoque anno cum exiret esset ad visenda monasteria. et dirigeret in scedula apud quos maneret: et quos in transitu visitare deberet. scientes monachi quendam de fratribus partiore simulque cupientes vicio eius mederi: rogabant ut apud eum maneret. Et ille. Quid inquit vultis: et vobis iniuriam et fratri vexationes facere? Quod postquam frater ille parcus audiuit: erubuit. et adnitentibus cunctis vix ab inuito impetrauit: ut suum quoque monasterium in mansionū ordinem poneret. Post diem ergo decimum venerunt ad eum custodibus iam in vinea. quasi villa esset aliena ab eo dispositis. qui cum lapidibus et glebarum iactu: fundeque vertigine accedentes deterrerent. sine esu vuarum mane omnes perfecti sunt. ridente sene: et dissimulante se ante scire quod euenerat. Porro suscepti ab alio monacho: cuius sabbas vocabulum est. debemus quippe parci tacere vocabulum: largi dicere. quia dominicus erat dies: inuitabantur ab eo vniuersi ad vineam. ut ante horam cibi vuarum pastu labores vie subleuarent. Et sanctus hylarion. maledictus ait qui prius refectiones corporis quam anime quesierit. Oremus psallamus reddamus domino officium. et sic ad vineam properabitis. Cōpleto itaque ministerio in sublimi stans: benedixit vinee. et suas ad pascendum dimisit oues. Erant autem qui vescebantur: non minus tribus milibus. Cuius centum lagenis estimata adhuc integra fuisset vinea: post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcus frater multominus solito colligans: etiam id quod habuerat: versus in acetum sero voluit. Hoc autem multis fratribus senex ante futurū dixerat. Detestabatur autem precipue monachos: qui infidelitate quadam in futurum seruarent sua. et diligentiam haberent:

vel sumptuum vel vestium: aut alicuius rei cum seculo transeuntis. Denique vnum de fratribus in quanto a se miliario manentes: quod comperit ortuli sui nimis cautum timidumque custodem. et paucillum habere numerum ab oculis suis abegerat. Qui volens sibi reconciliare senem: frequenter veniebat ad fratres: maxime ad esycium. quo ille vehementissime delectabatur. Quodam ergo die ciceris falces virentis sicut in herbis erat: detulit. Quem cum ad vesperum esycium posuisset in mensam: exclamans senex se putorem ei ferre non posse. simulque vnde esset interrogauit. Respondente autem esycio quod frater quidam primitias agelli sui fratribus detulisset. Non sentis inquit putorem teterrimum et in cicere facere auariciam: Mitte bubus. mitte brutis animalibus: et vide si comedat. Quod cum ille iuxta preceptum in presepia posuisset: exterriti boues et plus solito mugientes: ruptis vinculis in diuersa fugerunt. Habebat. n. senex gratiam hanc: ut ex odore corporum vestiumque et earum rerum quas quis tetigerat: sciret cui demoni vel cui vicio subiaceret. Igitur senex sexagintatres habens annos vite: cernens iam grande monasterium et multitudinem fratrum secum habitantium: turbasque eorum qui diuersis languoribus et immundis spiritibus occupatos ad se deducebant. ita ut omni genere hominum solitudo per circuitum repleret. flebat quotidie et incredibili desiderio cōuersionis antique recordabatur. Interrogatus autem a fratribus quid haberet cur se conficeret: aiebat. Rursus ad seculum redij: et recepi mercedem meam in vita mea. En omnis palestina et vicine puencie estimant me alicuius esse momenti. et ego sub pretextu monasterij dispensationes fratrum. ville. possessiones. et suppellectilem habeo. Seruabat ergo intente a fratribus: maximeque ab esycio. quod miro amore veneratōis seni deditus erat. Que cum ita lugens biennio tractaret: Aristenete illa cuius latius supra fecimus mentio: perfecti tunc vxor. sed nihil de ambitu perfecti habens. venit ad eum: volens esse ad antonium pergere. Cui ille fletus ait. Velle ipse quod ire si non carcere habet monasterij clausus tenerer. et si eundi fructus esset. Biduo. n. hodie est. quod ex hac luce substractus: et totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa et substitit. et post paucos dies veniente nuncio: antonij dormitōis audiuit. Mirantur alij signa sancti hylarionis et portenta que fecit. mirantur incredibilem abstinentiam. sciam. humilitatem. ego nihil ita stupeo: quam gloriam illam et honorem calcare potuisse. Locurrebant episcopi. presbiteri. clericorum et monachorum greges. matroneque christianorum gradibus temptatio. et hinc inde ex vrbibus et agris vulgus ignobile. et potentes viri et indices: ut benedictum ab eo panem vel oleum acciperent. At ille nihil aliud nisi solitudinem meditabatur. intantum ut quadam die proficisci statueret. et adducto asello: nimis quippe exesus ieiunijs vix ingredi poterat: iter arripere conaret. Qui cum per beremum esset: et quasi vastitas et exitum palestine indiceret. plusquam decem milia hominum diuersae etatis. sexus. ad retinendum congregata sunt. Im mobilis ille ad pedes. et baculo arenam discuties: loquebatur. Fallacem deum meum non facio. nec possuz videtur subuersas ecclesias. calcata christi altaria. filiorum meorum sanguinem. Vniuersi autem qui aderant: intelligunt reuelatum